



2. est. 9. 11. 6.
ALPHONSI

Rod. de gueuara

Granatensis,

In Academia Conimbricensi rei medicæ
professoris, & Inclytæ Reginae medici
physici, in pluribus ex ijs quibus

Galenus impugnatur ab An-
drea Vesalio Bruxelēsi

in cōstructione & vsu

partium corporis

humani, de-

fensio:



*Et nonnullorum quæ in anatome deficere
videbantur supplementum.*

CONIMBRICÆ.

Apud Ioan. Barrerium Typographū Regium.

M. D. LIX.

Coimbra



1771

ALPHONSI

Rod. de Guernata

Granatensis

In Academia Compendiensi rei medicae
professoris, & Lectoris Regiae medicae
physicae, in pluribus et in quibus
Galenus impugnavit ad An-

1771

thod. Vesalio Bruxellensi

in collectione & de

partibus corporis

humani, de

sentio:

Et nonnullorum die in auctoritate defensor
consilium apponendum.



CONIMBRICENSIS

Acad. Joan. Baccinum Typographi Regium

M. D. LXX.

AD DIVAM CATHERINAM
Portugalliae Reginam, Alphon
sus Rodericus à Gueuara,
suus Medicus
phificus.



D T SI DIFFICILIA
grauiter obstant, serenissima Re
gina, quominus quae pulchra sunt
ab omnibus consequantur: ea at
tamen humani generis est condi
tio, ut tibi ingenij vires magis, et
neruo stendat ubi rerum maxi
ma terret difficultas. Quid enim
difficilius quam homines late dispersos, passimque bestiarum
more vagantes, ad civilem non solum vitae communitatem
conuocare: sed & ad instituendas artes humane societati
necessarias excitare, contemplari potest? Hae at tamen hu
mani generis conditio, quae illuc usque sopita magis tenebatur
(sive rerum ad vitam conducendum necessitate coacta, sive
politica sua natura, sive glorie stimulis concita) non solum
homines in pagos, vicos, aut in frequentissimas ciuitates co
gregauit, sed & artes inuenit & instituit, et easdem per
petuo alit, tuetur ac conseruat: praecleara quaeque ingenia ad
eas magnificentius augendas, exornandasque continenter ac
cendens: tam diuque inueniendarum ac exornandarum artium

homines desiderio tenebuntur, quā diu illorum vita societas
ac communitas manebit. Vnde factum est ut homines nō
sibi solis nasci existimētur, sed suos ortus partim amici, par
tim parentes, partim patria sibi vendicent: ij quē qui nemi
ni profint ab alijs repellantur. Hanc legem natura huma
num ingenium edocuit, necessitudo comprobauit, nemo bo
nus exhorruit. Hinc sanctissimi illud prouerbium natum,
homo homini Deus. Hinc deniq̄ hominum ingenia, quas
uis difficultatis pertinaci labore superare nituntur, ut pre
clara possint facinora perficere. Quam loquidem autē non
doctana nascantur ingenia hominum, se & egeāt moderami
ne certo, & metho ad philosophandum: charitas Christia
na, quae semper vigilat, suorum necessitati annuens, excita
uit animum verē piū Ioannis tertij Regis quondam no
stri, cōiugis tui, ut hanc uniuersitatem procrearet, aleret,
& ad perfectissimum statum perduceret, ut suorum acu
tissimā ingenia (si quae alia) colerentur, & huius pulcher
rimae rei hereditas posteris relinqueretur. Cuius animus tā
omnibus numeris absolutus fuit, ut non potuerit nō esse cha
rus dijs eque ac hominibus. Tam cumulatus bonis fortunae
corporis & animi, ut magis diuinus quā humanus vide
retur. Non hic suarum aut tuarum laudem aliquid rete
xere decreueram, tum quōd magnum hoc & summē arduū
provinciae munus esse viderem: tum etiam ut vulgarem
proemiorum stylum vitarem. At cum vastum pelagus
suarum virtutum, mihi haec scribenti sese obtulerit, non po
tui mihi ipsi temperare, quin aliquid subscriberem, ut pru
dens

dēs lector, ex ungue à nobis ruditer depicto: possit ipsum
conuētari leonem. Interim tamen suspiciendum est, nul-
lis ad hoc me flosculis & uerborum phaleris indigere, nul-
lis amplificationibus rhetoricis uti oportere: sola res loqui-
tur, sola ardua et incōparabilis magnitudinis est. *Que*
uis ingenij quod eloquētie flumen, diuinam totius corpo-
ris sui speciem etiam procul regiam maiestatem representā-
tem, equare poterit? aut quis tale me figuram contigisse
depinget, qualē Homerus Achilli suo? Vergilius aene?
historie Scipioni Africano tribuerunt? quam sic augu-
stam fuisse memorie proditum est, ut nil amabilius: sic
amabile ut nil augustius. Ceterum oculorum nitore hos
omnes longè præcellerat: inesse enim suis in oculis, nescio
quid diuini uigoris usque ad eò uidebatur, ut contue-
tium se oculos acrius perstringeret, & quasi ad fulgorem
solis submittere cogeret. Sileo illos humeros, illa latera:
prætereo te ipsam illi coniugem fuisse, quæ parētibus nata
immortali memoria dignis, ad eò omnes uirtutū nume-
ros implet, ut nulla ueterū heroinarū tecū equari, nedū
conferri meritò queat. Quis enim non uerò uerius esse
affirmabit te Penelope esse castiorē, Claudia religiosiorē,
Cornelia Grachorum nobiliorē, Zenobia generosiorē,
Alcesti uiri amantiorē, Portia Sulpitiaue fideliorē,
Turia AEmilia ue moderantiorē, obsequentiorē ue:
denique Niobe fecundiorē? quæ pulchra illum prole parē-
tē fecisti, ni sinistra fata tantamunera mortalibus inuī-
dissent. Non ita magnes calybem attrahit, ut ille mor-

et aliorum animos. Quis illum. usquam vidit, ut statim ac se-
ipsum, non amaret? immo quis nomen suum audiuit, qui
statim illius desiderio non arderet: ut apud omnes na-
tiones videre erat? Cui magis elogium illud, amor mundi
et deliciae, quo Titus imperator dignus fuit, competit, quam
illi qui publicum fuit mundi gaudium, suave miserorum
praesidium, communis gentium letitia, sui seculi amor? Cui
rectius sanctissimum illud cognomen patris patriae, quo
post Ciceronem Augustus, et alij pauci vix fuere di-
gni, conuenit, quam illi, qui verus erat omnium pater,
qui suos non secus ac se amabat? Ad haec quis dubitat,
magnis corporis comodis maximas animi dotes responde-
re? Incomparabilis fuit corporis sui species, qua non secus
ac Iupiter caelum tempestatesque serenabat: quam etiam
hostes formidare, improbi vereri, boni amare possent:
sed longe pulcherrimus erat ille animus suus. Quis non mi-
rabitur suam in Deum puram religionem, qua sanctissi-
mos quosque nostrae tempestatis monachos, si non vincebat
certe aequabat. Etenim quem princeps optimus nihil aliud
quam imago Dei sit, vicesque eius in terris gerat: deique pro-
prium sit, et bonis beneficium, et malis clementem se exhi-
bere. Quid queso magis principem, quam haec duae virtutes
ornat: quae etiam possidentibus non possunt non placere: quae
nescio quid diuinum sapiunt, quem ceterae ad humanum magis
accedant. Enimvero quanto quis plus potestatis habet, tan-
to equius est beneficentiam eum clementiamque exercere. An
aliud magis Alexandrum illum Macedonum regem immorta-
litate donauit, quam quod praeter rerum gestarum magnitu-
dinem

dinem

dinē liberalitate etiā emineret? cuius inter alia illud etiā fertur: tibi quidē o Perille duo accipere satis est, mihi autē ea donare nequaquam: dicebat nāq; Perillus duo talenta sibi sufficere quū quinquaginta Alexander dedisset. Et Philippus Alexandri pater interrogatus, quare Hipparchi Eubaei mortē tam egre ferret? respōdit, quia prius extinctus est quā dignam amicitia nostra mercede experiretur. Annō passim dictū illud Titi Caesaris celebratur, qui admonentibus amicis quòd plura promitteret quàm prestare posset, respondit, non oportere quenquā à principis congressu tristē discedere? Recordatus etiā inter cœnā quòd nihil eo die prestitisset, memorabilē illam & merito laudandam vocem edidit, amici diem perdidit. At munificentissimus Rex noster, omnes hos equis, ut aiunt, albis praecurrerat: quid munificentius, quàm se pauperem reddere ut suos locupletaret: se uestibus exuere. ut alios indueret: quid dicam quantū domesticis, quantum aulicis largiretur. Quantū vero benignitatis et magnificētie in illo esset nemo sane mētis ignorat. Miramur Mecenatis benignitatē, sed hanc mollities contaminavit: miramur Caij Caesaris clementiā, sed haec simulata erat. miramur Flauij Vespasiani pietatem, quē iustis etiā supplicijis lacrimasse et ingemuisse fertur, sed hāc auaritia obscuravit: miris etiam laudibus Augusti lenitas, neque minus Adriani mansuetudo fertur, quòd altercum alios tum praecipuē Lucium Cinnam in se coniurantem non solum venia donauit, sed inter veteres amicos recepit: alter vero quòd ne maiestatis quidem lesae crimina unquā

admisserit: sed ille imperij exordia, hic fines sanguine cru-
entavit. In nostro benignissimo principe lenitas, mansue-
tudo genuina viguit, nativa floruit, nulla crudelitate,
insolentia, fastu contaminata. Porro quum duo venena
principum aulas frequenter soleant, calumnia & adula-
tio: ille tamen nihil audiebat, nihil probabat, nisi verum,
sanctum, honestum, integrum. certe Alexandro Severo,
vel par, vel in hoc superior. Quid severius, quid san-
ctius radiatissimo palatio suo, ubi frugalitas, modestia,
simplicitas, integritas regnabant et triumphabant? ex-
tirpata & prorsus relegata ambitione, arrogantia, va-
nitate, versutia, adulatione, licentia, violentia, luxu:
quae mala principum aulas frequentare solent? Quid de
sua suprema providentia dicam, qua sic omnibus rebus
prospiciebat, ut nihil in generosissimo pectore suo anti-
quius fuerit, quam pacem suis civibus exhibere: quam mun-
dus optat, Christus reliquit & toties commendavit: quid
enim pace suavius, quid utilius? contra quid seditione
detestabilius, quid perniciosius? Laudet antiquitas suos
Heroes, iactent Persae suos Xerxes & Cyros, Athenien-
ses suos Themistocles, Lacedaemonij Lisandros, Tebani
Epaminondas, Macedones Philippos & Alexandros,
Galli Brenos, Romani, Scipiones & Caesares: nos no-
strum Iohannem tertium potentissimum Portugalliae &
Indiae orientalis regem, pacis diligentissimum amatorem
his omnibus antepone non dubitabimus. Sed re deo un-
de digressus sum, nescio quis me pacis amor à suarum vir-
tutum

tutum

tutum contemplatione auocauit, vel quia felicissimum
suum imperium eandem peperit, vel quia omnium votis
magis correspondet. Duo tamen cum generosissimos ani-
mos ad virtutem instimulent et inflament, emulatio
maiorum, et cura suae reipublicae: tamen tantus ipse perse-
erat, ut alios ad virtutem incenderet. Nam et progeni-
toris praclarissima facta imitari speciosissimum putabat,
sed longe speciosius factis antea. Reip. suae tanta illi erat
cura, ut strenuis simul et literatis uiris, cum doctrina
tum optimis moribus erudiendam commendaret, ut lacte
ipso sanctitatem sugeret, oculis et auribus doctrinam, in-
tegritatem, sapientiam, nihil non suo principe dignum
hauriret. Vtque hoc commodius potuisset exequi, non so-
lum a uarijs Hispaniarum prouincijs et gymnasijs, sed
et ab Italia et Gallia doctissimos quosque uiros, ma-
ximis sumptibus non parcens, conuocauit, et amplissi-
mis stipendijs et honoribus decorauit. Quibus omnibus in-
rebus tu augustissimus illi eras Achates: quod in tuarum
laudum fastigijs mea quidem sententia esset collocandum,
si tecum aliquid de tuis laudibus agere liceret, ac non po-
tius summa modestia tua interdiceretur. Ergo cum me-
dicæ facultati, quæ in hoc Conimbricensi gymnasio maxi-
me floret, anatomica facultas solū deesse uideretur, no-
bis ut eius et medicine cathedram moderaremur curam
iniunxit. Et non solum medicæ facultati, sed et uniuersis
huic gymnasio, ne dicam omni medicorum totius orbis
choro fauēs, cordis cuiusdam animalis dissectionem trium
horarum

norem, ex neruo maiorem portionē ascisceret. Sed **A**
neque vt Vesalius assumptum anatomicorum con-
uincturus insurgit, quod sic habet: tendo sensu exa-

*Refellitur Vesa-
lij ratiocinium
quo vtitur ad-
uersus anatomi-
cos, de composi-
tione tendinis
ex sensu.*

to pollet, neruo igitur & ligamento constat: nos in-
surgeremus. Argumentatur ille à musculorum capi-
tibus, quibus & si non inseratur nerui, sensus attamē
vegetus adest, non minus quàm in tendinibus: maxi-
mè si ex carnea niuiū fuerint, & ligamentosa muscu-
lorū capita. Non enim profectò necessum est omni- **B**

*Musculi caput
nō à iuxta po-
sitis neruis vim
sentiendi mutu-
atur.*

bus partibus musculi neruos inferi, vt ōnes sentiant:
sed fat est in substātia musculi neruos cessare, ad vim
omnibus eius partibus cōmunicandā. Vnde sentit (si
rectè assequor) musculi caput non quidē ppter iuxta
positos neruos (vt iam iam pbatuiri sumus latius) sed
propter illorum neruorū, qui in suo musculo inserū-
tur, propagines. Non ergo (dicet lector diligēs) oportet
vt vegetè sentiret tendo, eius substantiam ner- **C**
uum subingredi, sed fat esset in musculi vêtre inter-

*Qui anatomis-
corum assump-
tū debuisse re-
felli.*

cessare. Fateor sic eos mea quidē sententia cōuincen-
dos. Sed hoc displicuit And. affirmat enim per trā-
sumptionē iuxta positos musculis, neruos facultatem
animale impartiri: non minus profectò, quàm venę,
& arteriæ, iuxta positis mēbris facultatem naturalē
& vitalem impartuntur. Hoc namq; vt suū de mus-
culorū, quibus nerui non inseruntur, dogma potuif-
set

A **D** set defendere, diligentissimè inducere conatur. Quod quâ falsum sit, mecû ipse exuto affectu expendas licet. Primû, quia si musculis sic nerui facultatem potuissent impartiri, nō periret musculi motus, amputato aut illaqueato suo neruo, aut quavis alia de causa facultatis trāsitu intercepto, si modò musculo integri alij nerui attenderentur. At contra contingit, videmus namque motum cessare: rationi igitur cōsentaneum apparet facultatem minimè hoc modo, nisi cessantibus neruis posse cōmunicari. Porro huius ratiocinij subsumptionem verum habere obseruabis exactè, si in canis viui brachio neruum denudaris, cuius seriem ad musculos quosdam pertinere cognoueris. Cuiusmodi erit ille qui brachium ingredientium in homine tertius est, ac secundûm anteriorem cubiti articuli sedem in cubitum fertur: Aut si hunc **C** **F** nolis, adsit quintus illorum qui brachium ingredientur, qui secundum posteriorem interni humeri tuberculi sedem descendens, non minus in cubitûm perreptat. Quòd si ne hic placuerit, præsto adest, qui quartus numeratur à Vesal. ac per posteriorem externi humeri tuberculi sedē deorsum dimittitur: cuius si propagines quas musculis digitos extendentibus mutuatur, præcideris, peride ac si illas amputaueris, quas quintus nōnullis ex musculis digitos flectenti-

*Resellitur Ves.
assertio de modo
quo sensus et
motus impartuntur
mēbris.*

*Ex viua anatome
constat, per
transumptionē
vim animalem
non cōmunicari.*

*Quibus maxime
neruis falsitas
dogmatis
Vesal. possit examinari.*

D ij bus

bus imparitur, musculorum motus aboleri planè **A**
 percipies: etsi pluribus ex his musculis, neruorum
 trunci deorsum perreptates, attendatur: Et non abs
 re profectò propagines, non autem vt Vesal. confu-
 lit lib. 7. cap. 19. neruorum caudices amputandos,
 aut illaqueandos, monuimus: præciso enim caudice
 nimirum si omnium musculorum qui neruos ab il-
 lo suscipiunt, motus pereat: & sine hoc quidem fieret,
 (modò verum habeat Andr. assertio) si alterius cau- **B**
 dices nerui illis adponerentur musculis. Nunc cum
 præcisis ppaginibus, illæso manente caudice, qui su-
 binde ipsis musculis atteditur, musculorū actionē pe-
 rijsse intueamur: ecquū Ves. gratia, trāsfluere à iuxta
 positis neruis vim motricē opinabimur? Dein si ve-
 ra esset Ves. assertio, ossa pculdubio sentirēt: frequē-
 tissimis enim ossibus adponuntur nerui: subinde alio-
 rum cavitatibus, tanquā canaliculis occultati, cohi- **C**
 bētur, vt tertij neruorū cerebri paris ppagines, quæ
 mādibulę inferioris laterib⁹, dētibus et labro inferio-
 ri diuarcadæ, sese insinuant. At ossa sensu destitui tā
 certò cōstat, vt ne minima egeat ppbatione. Dū enim
 chirurgiā exercemus, in ossiū pfundis partibus abra-
 dētes nihil sentire laborātes (etsi aliud affirmet Auē-
 zoar lib. 1. tr. 10. ca. 19.) quotidie intuemur: et nō solū
 abradētes, sed dū cauteria admouēt, si modo nō sint
 tam

*Ossa sentirent
 si vis animalis
 trāsfluere.*

D tam lata, ut laterales & ambientes os sensiles partes possint contingere: aut si non ita diutius in morem cremantes, ut calor per ossis substantiam permeas, ambientes partes offendat, nihil egros sentire plane precipimus. Dentes autem & si ossei sint sentiunt utique, quia nervi intra eorundem cavitates cessant: non enim sat est nervum ossi iuxta poni, aut ossis cavitatem permeantem cohiberi, sed expedit intercessare: alioqui quid magis sentiret, quam vel calvaria, vel dorsi vertebrae: illa enim cerebrum, haec spinalem medullam continet. Sed quid in ossibus moror, ac non potius de ligamentis ago? quae & maxime sentire, & frequenter dolore affici comprehenderentur. Illis enim plurimi adponuntur nervi, nolim in exemplum adducere transversa ligamenta, quae in parte inferiori tibiae situantur, & non minus quae utriusque brachiali praesunt, & quae fibulam tibiae & unam radio committunt, musculos internos ab externis interdiuisura: & pluraque articulationum totius corporis membranacea ligamenta quibus frequentes nervorum caudices adponuntur, solum vertebrarum ligamenta membranacea quae, spinalem medullam iuxta positam, & numerosissimas nervorum exeuntium ab ea propagines attestas, aut iuxta positas habent, ad memoriam reuocabo. Nonne haec sensus prorsus expertia sunt? Sed quid multa,

Ligamenta sentiret si vis animalis ab adiacentibus nervis flueret.

Pleura & peritoneū nihil aliud quā lata quedā, & am **A**
 plissima mēbranea ligamēta sunt. Illa à ligamētis mē
 braneis extrorsū ambiētibus vertebras thoracis, hoc
 à lumborū mēbraneis ligamentis exordiū trahit: &
 tñ alacri sensu pollēt, nō quidē quia ligamētoſe ſint,
 ſed quia præſentes frequentiffimos habēt in ſuā ſub-
 ſtantiā ceſſantes, neruos, quod profecto in ligamētis
 vnde principium mutuātur cōtingeret, ſi interceſſā
 tes non autem ſolū attenuos neruos haberēt: ab om- **B**
 nibus nāque dorfalis medullæ neruis, mox vt dorsū
 per peculiaria foramina emergentes ſuperāt, rami-
 ficationes diſſeminātur, quæ retrorſum inclinātes,
 latis vertebrarum ligamentis, quibus ſubinde iuxta
 ponūtur, ſeſum accōmodarēt. Ecqui obſecro ò An-
 dreā accōmodarēt, ſi vt affirmas, capita muſculorū
 prorfus ligamentofa vegetè ſentirēt, ſumpta à iuxta
 poſitis neruis facultate? Sed dicet Veſal. caput illius **C**
 muſculi cui infra ligamentofam originem inſertio
 nerui fiat, non poſſe ſentire propter propagines ner-
 ueas inſertas in muſculū, quia illę non ad caput aſcē-
 dunt. Cui reſpondemus, nō neceſſum eſſe nerui ſub-
 ſtantiā illuc uſq; peruenire quādo per muſculi cor-
 pus facilè ad uſq; caput affluet. Pleura enim aut cutis
 non ōnibus ſuis partibus neruos præſētes habet, om-
 nibus attamen exactè ſentit, affluēte per eius cor-
 pus

D pus ab intercessantibus nervis vi, in qua eo diutius cō-
servatur, & magis relucet (vt à cōstristatibus percipi-
tur) quo nervi substatiæ maximè adsimilatur, vnde
musculorum capita acutissimo sensu pollent. Sed di-
cet adhuc, futurum esse, si hoc verum haberet, vt mé-
brana vertebrarū thoracis ligamenta (idem de lū-
borum ossis sacri ligamentis & peritonei subaudiri
velim) sentirent, quando pleuræ ipsi, quæ ab ipsis

E xordiū mutuatur, continua sunt. Quod repugnat
evidentiæ, & nostræ paulò suprà traditæ doctrinæ.
Cui subiungemus, facultatem nō temerè, sed ad cer-
tam quandam distantiam impartiri, alioqui non di-
mida pars digiti mediij Pausaniæ Syro torpore fuis-
set correpta: ergo ab intercessantibus nervis, nō aut ab
attēsis aut propinquis, facultas sensifica impartitur

3. de locis. Affo.
10.

Sed obijciat aliquis chrySTALLINŪ humorē cui ner-
F uus non cōtinuatur, facile (dū legibus naturæ animal
gubernat) alterationib⁹ colorū imutari. Cui sic res-
pōsū volum⁹, tunicā retinā quę nihil aliud est q̄ neru⁹
opticus dilatatus, terminari ad tunicā quæ palpebra-
rū pilis adsimilatur, hancq; rursū corpori chrySTALLI-
no inferi, & illi facultatē impartiri. Est hoc colligere
ex Gal. 10. lib. de vsu part. cap. 2. vbi edocet & tunicā
hanc palpebrarū cilijs similē inferi ad ābitū humoris
chrySTALLINI ad maximū eius circulū, & eius affectuū

*Membrana nervos vestiētes ve-
sentiant fibras
nervorum quos
vestiunt succi-
piunt.*

Vngues sentiūt.

*Vnguibus et de-
tibus pluribus
in rebus simili-
tudo.*

certū posse esse cerebro nūtiū. Sed quid multa? ne **A**
ipse quidē membranę quę nervos ābiunt, sentirent,
ni ā nervo ad tenuē, ā tenui ad durā meningem fibrę
impartirētur. Sed nec vngues (quos indubitāter sen-
tire credimus) aliquem haberēt sensum nisi in radi-
ce aliquot nervos susciperent. Nec memouet locus
ille Galeni lib. art. par. cap. 9. vbi capillorū & vnguiū
nullum docet esse regimen: namq; non de vnguiū ra-
dice, sed de extremo locutū crediderī, quòd occale-
scere maximè, & moderamine naturę destitui, sum- **B**
mus rerū opifex decreuit, ne cōtinua attritione dolor
subsequeretur: vti dentibus contingit, quibus cū vn-
guibus frequentissimis in rebus maxima est similitu-
do. In longitudinem namque vt vngues perpetuò
crescunt dentes, vt & perpetuò ad similitudinem
vnguium in latitudinem & profunditatem non di-
stendantur. Rursum vti dentes radicibus, venas, &
arterias, & nervos, habent: per totam suam substā- **C**
tiam non dispersos, ita & vngues, nutriuntur namq;
vera nutritione vngues. Nec obstat partes vnguium
locū mutare, vt experimēto constat, quādo cicatri-
ces radicū vnguiū cito in extremitate apparent: &
membra quod vera alitur nutritione, partes nō mu-
tantur, ex sententia Arist. li. 1. de gener. ani. cap. 5. nā
contingit profectò vti in dentibus qui ex omnium

sente-

D sententia verè nutriuntur, & quorum partes mutāt locum: macula namq; quæ ad radicē modò apparet lōgo post tempore prope finem reperitur. *Quòd*

Dentium & si vere nutritur partes mutant locum.

autem non secundum omnes dimensiones vngues dilatentur, ratione angustiae originis contingit, ut sub ticeam dentes qui tantum in longitudinem ex-

Vngues nō crescunt mortuo animalī.

crescunt. Quòd mortuo animali crescant vngues fabulosum est. Nam si prominentiores apparēt, hoc

E xesa carne subiecta, & nimium assiccata contingit.

Sed redeo iam vnde digressus sum, aliò enim quàm in animū induxerā, impetu sermonis sum deductus, plura de vnguibus quàm ut huic disceptationi essent ex usu, interferēs: quæ consultò supra cap. 9. etsi expressò de vnguibus instituebatur sermo, subticuerā.

Nunc quàm falsum sit placitum Andree, quo carnem in musculo præcipuum esse motus volūtarij or-

F ganum affirmat, expendamus. At eius verba talia

„ sunt. Est itaque musculus volūtarij motus instrumē-

Carni in musculo nō est præcipuum motus volūtarij instrumentum.

„ tum, uti oculus visus, & lingua gustus, ex ligamenti

„ natura in fibras plures diuisa, & carne has continen-

„ te firmateque fabricatum: venarum, arteriarum, &

„ neruorum surculos in se interdū assumēs, ac neruo-

„ rum beneficio animali spiritu nunquā, dum sanum

„ est animal, destitutum. Atq; hanc carnem, præcipuū

„ motus organum esse existimo, & nequaquā dum ta-

xat

Galenus hos tibiae motus recenset, ita eos à tibia A
 edi proponat, vt in articulatione illius ad femur,
 non autem femoris ad coxendicis acetabulum fie-
 ri dicat. Hoc vltimum est quod Vesal. discruciat:
 quum namque certò sibi persuaderet ex Galeni
 sententia hos omnes motus, tibiam in articulati-
 one sua ad femur edere: ex modo autem articula-
 tionis, hoc denegari perciperet, plane Galeni sen-
 tentiam damnandam duxit. Sed age iam per- B

*Tibiae obliqui
 motus non in
 genu articulo
 ex Gal. entes
 tiacelebrari.*

contare obsecrò Andream, vnde colligat Gale-
 num credidisse motus tibiae obliquos, aut qui a-
 liqua ex parte ad circulares reducuntur, ad genu
 articulum fieri? an quia obliquis motibus genu
 moueri aliquando Galenus docuerit? minime
 gentium: tantum enim abest vt Galenus id do-
 cuerit, vt tertio libro de vsu parti. capit. 15. vbi
 ex professo sermonem de hoc articulo instituit, il- C
 li simplicissimum extensionis & flexionis motum
 tribuerit: vt interim taceam .2. de adminis. sectio.
 capit. 5. & 7. & 3. lib. vsus part. capit. 16. eundem
 docere tibiam à musculo in poplite occultato fle-
 cti, quatumuis talis musculus obliquus sit, nihil
 de obliquo tibiae motu, & si maximè per occasi-
 onem licebat, comminiscens. An, vt Vesalius in-
 quit

quit

Gale H

A **D**quit lib. primo, capit. tertio, quia tertio lib. de usu
 part. capit. 16. motus tibiæ recensens Galenus, mo-
 tu femoris ad coxendicem articulo deludebatur?
 Sed ne id quidem profecto : nanque cum exactè
 calleret Galen. genu articulum per ginglymon ef-
 se, vt ex simplici flexione & extensione, quam illi
 accomodat libro de usu partium citato, & ex mo-
B do cōnexus ossium ab eo descripto est videre, ne-
 cessum erat hominem superiori articulo non de-
E ludi. Ecquid dices, si non deludebatur illos obliquos
 motus tamquam tibiæ proprios narrat, & illis pe-
 culiari ex genu mouentibus musculis non nullis
 tribuit? ac non potius in articulatione ad coxen-
 dicem tales motus celebrari fatetur à femore? quia
 motus hi fiunt à tibia (vt supra de obliquo cubi-
 ti motu docuimus) a suis proprijs musculis acta,
C & femur ipsum impellente, ipsiusque femoris mus-
 culis quiescentibus. Deluditur ergo Vesalius, ar-
F ticulatione tibiæ ad femur, non Galenus articula-
 tione femoris ad coxedicem: deluditur inquàm Ve-
 salius dicta articulatione in genu adeo, vt vsu mus-
 culorum agentium tibiã minimè assequatur. At nos
 quib⁹ nihil augusti⁹ est quã veritatẽ eruere, id cõabi-
 mur vt penarrata musculorũ, qui huic disceptationi

ex usu sint, historia, nonnullorum ex ijs maximè qui A
disceptationi pertinere videantur, vsum & dignita-
tem perscrutemur.

*Primus muscu-
lus agētū tibiā*

Primus ergo musculus ab interiori sede spinæ of-
fis ilij, nerueus & modicè carneus oritur, non pro-
cul tamen ab origine totus carneus euadit, & paulo
latisior & gracilior redditur, quousque in tendinem
degeneret, cuius incessus deorsum obliquus est, ab
offis ilij spina ad partem interiorē femoris: rursū B
à medio femoris interiori, magis in interiora deor-
sum & retrorsum paulatim procedēs, ad internum
femoris caput peruenit: ad quod veluti obliquo du-
ctu reflexus, antrorsum ad tibiā descendit, & ten-
dine tereti (vt exacte animaduertit Vesalius) in tibię
partem anteriorem & interiorē inseritur. Hunc
musculum cum Galeno. 2. de administrandis secti-
onibus. capit. 4. & 3. de usu partium (& si hīc no-
num in ordine constituat) cap. 16. tibiā sursum ad C
alterius cruris inguina, aut ad femur allicere arbi-
tratur: dum ad inguina aut femur dicimus, versus
inguina aut femur insinuare volumus. Motum hūc
Vesalius à predicto musculo & musculis femoris
edi affirmat, illo scilicet rectā tantum flectente tibiā
his circūuertentibus femur versus interiora. Sed
quantum aberret Andreas, quum musculum hunc

*Tibiā intro-
sum versus in-
guina à primo
suorū musculo-
rum posse agi.*

non

D non posse tibiam oblique agere affirmat, ille demum percipiet, qui musculi originem, incessum & insertionem in tibia expendet. Cum enim à spina ossis ilij oriatur, & vti diximus incedat, manifeste, in articulatione femoris ad coxendicem ad hunc motum aget tibiam. Attamen vt exactius percipias, si ad manum non adest corpus dissecandum, in quo appositissimè est videre, exemplo vti non alienum duxerim, quo cõfestim possis experiri.

E Transuersum ergo funiculum subtus genu articulum circumponito, & ab eius parte quę insertioni huius primi musculi respondet aliũ deducito, ad vsque os ilij partem, ex qua diximus muscolum hunc ortum trahere, perpetuò musculo attensum: contracto hoc funiculo ad ossis ilij partem anteriorem & elatissimam, aget quidem ad talem motum qualem nos proposuimus tibiam: quid quòd si in ossiũ structura hoc coneris experiri, nostram planè sententiã confirmabis.

Secundus musculus (insequor ordinem Vesalij, tũ vt exactius possim de aliquorum musculorum vsu & dignitate disceptare, tum etiam quia clarius & exactius historiam horum musculorum quam Galenus enarrat) amplius & ligamentosus ab ossium pubis coalitu nascitur: nõ procul ab ortu, angustior

*Tibie motorũ
musculorũ se-
cundus*

H iij pro-

profundior & carneus efficitur, & p̄ interiora femo- **A**
 ris descendēs gracilior paulatim redditur, donec ad
 internum femoris tuberculū in exactē teretem ces-
 set tēdinem, in eadem parte qua primi muscoli in-
 ferebatur tendo tibiæ innatum: presentis muscoli
 beneficio, noscum Galeno qui eum .3. de vsu part.
 quintum annumerat inter tibiæ motores, tibiā
 ad internum latus duci credimus. Argumento est
 ortus muscoli, qui & si non supra articulum coxen-
 dicis sit, vbi celebratur motus, ad latus attamen il- **B**
 lius cum oriatur, sufficit vt illi secundario inferuiat.
 Flectit igitur musculus hic tibiā, quia retorque-
 tur per latus interius ossis femoris, & ad aliud atta-
 men crus ducit ratione obliquitatis.

*Tibiā ad in-
 ternum latus
 versus alterū
 crus secundo
 musculo agi.*

*Tibiæ muscu-
 lorum tertius.*

Tertius ex infima parte ossis coxēdicis nascitur:
 ab elatiori namque & maximē posteriori eius ap-
 pendicis sede ligamentosus & tenuis oritur, hinc **C**
 deorsum descendens, non nihil sub origine carneus,
 & quodāmodo teres fit: mox deorsum per femoris
 posteriora demittitur, & aliquantum oblique du-
 citur, quousque ad posteriorem sedem interni femo-
 ris capitis prope genu pertingat: ibi enim extenua-
 tus & in teretem tendinē degenerans, in tibiæ ante-
 riora reflectitur, & eadem parte qua prædicti, inser-
 tionē molitur. Huic & si non tam obliquū motū

ac

Dac Galenus .2. de adm. secti. capit. 5. tribuamus, eius ope attamen non solum flecti tibiam (vt Vesalius asseuerat) sed & circumuerti impellendo femur certo scimus: cum namque ab ossis coxendicis sede infima emergat, & in parte interiori & anteriori tibiæ cesset, non potest femur vna cum tibia non circūuerrere extrorsum. Sed quid non moneo vt omnes dictos motus funiculis exerceas & experiaris? aut quid longiorem protrahe orationem, cum vno aut altero musculo satis esset comprobare, tibiam à non nullis ex suis musculis oblique posse moueri: aut quid si diutius immorandum est, sextum musculum non in medium adduco, qui vel solus aut cū quarto nostram sententiam confirmabit. Cum namque sextus oriatur ab ilij ossis spina, & non solum in parte anteriori, sed & in exteriori tibiæ cesset, planè constat tibiam non solum posse extendere, sed & extrorsum agere, in articulatione femoris ad coxendicem.

Tibiam tertio suo musculo circumuerti.

Tibiam. 4. & 6 musculus oblique agunt.

¶ An musculus in poplite occultatus inter musculos mouentes tibiam numerari debeat: & an motui recto possit ancillari? CAP. XIX.

H iij

Et si



F si præcedenti capite de motibus ti- **A**
 biæ obliquis, & de obliquis musculis ali-
 quibus veluti in exemplū adductis illis
 motibus ancillantibus, sermonem fece-
 rimus: non ita attamen musculis mouentibus tibiā
 de quorum munere ambigitur, extremā manū po-
 suimus, vt vnus non sit reliquus, qui vt mole exi-
 guus & occultus est, ita ni fallor Andreę Vesalio ma-
 ximè imposuit: non potuit enim auidissimus homi- **B**
 nis gloriæ animus, sepius nō hallucinari & compre-
 hēdi, maximè cum gloriā Galeni cum dedecore tā
 anxie sibi conaretur parare. Ergo iter musculos qui
 flectendæ tibiæ numerantur à Gal. est hic de quo no-
 bis modò sermo instituitur, quē in poplite occulta-
 tū Galenus compellat, & præcipuū motus tibiæ au-
 torem esse censet. At Vesalius tantum abesse affir-
 mat, vt hic musculus præcipuus motus tibiæ autor **C**
 sit, vt i nulla prorsus potentia ad illam mouendā eū
 esse præditum affirmet: quando (vt ille inquit) mus-
 culus hic obliquus recto motui præfici nequit, deinde
 adeò est inualidus vt ne tantillū tibiā sursum velle
 re possit: ad hæc quia nulla huic eū reliquis tibiā agē-
 tibus est proportio, quū breuissimus & tenuissimus
 fit, femorisq; ossi, & multo minus illi ossi quod sacri
 ossis lateri cōmissum videmus, non cōnascitur. His

*De musculo
 in poplite oc-
 cultato Galeni
 placitū. & Ves-
 salij impugna-
 tio.*

ratio-

D rationibus ductus Andreas, nullū prorsus flectendi tibiam munus hunc muscū habere pronūciat.

Tu attamen qui vti decet Vesal. rationibus ab inuestiganda veritate nō deterrendus es, historiā muscūli exacte perpende, vt postea facilius incorruptissimus iudex possis esse. Ex ligamento tereti quod exteriori genu articuli regioni obductum est, femoris

Muscūli in poplite occultati historia.

tibiæ atque fibulæ os inuicē colligans, muscūlus hic enascitur ligamēto sus fatis: hinc carnosior redditus

E oblique nimis deorsum versus interiora descendit, tam latus vt sua longitudine, latitudinem superet, inseritur autem propè radicē appēdicis tibiæ ossis, maximè in parte posteriori: tam ampla insertione quanta muscūli est latitudo, rursū obliquè inseritur: à posterioris nāque tibiæ sedis interno latere, deorsum versus internū latus, obliquè ita descēdit, vt minima eius pars genu ligamentis, maxima vero

F tibiæ cōmittatur. Atque hæc muscūli in poplite occultati historia est, ex qua colliges illū (si non vt Galenus docet præcipuus sit motus tibiæ autor) tibiā posse mouere. Cū enim ab ligamēto exteriori genu articuli oritur è regione tuberculi: exterioris ossis femoris, actis ad ortum fibris, necessū est tibiā cui inseritur agere. Sed dicis ó Andrea ossi femoris nō cōnascitur, & multo minus ossi sacri ossis lateri ada


pta

dicētis: si vero aliqua pars superior pateretur, per in- **A**
 feriora sanguis est educēdus: semper enim fluxionis „
 motum ad contraria ducere conuenit. Iam respon- „
 sum est: superior nanq; est axillaris ad iecur, vt hu-
 meraria inferior est ad caput, vnde ad contraria du-
 cimus: Idem dicimus ad locum. 4. meth. 6. & 5. eius-
 dem. 3. & 6. capitibus. Et si aliter possem; subterfuge-
 re, cū non similis sit ratio vulneris aut fluxus san-
 guinis aut menstruorum, ad inflātionem: nam **B**
 pręter hoc quod in recens vulneratis aut laboranti-
 bus fluxu sanguinis, prauitas succorum non necessa-
 riō pręsumitur, in his tantūmodo cura est simpli-
 cissime reuulsionis: in inflātionem non reuulsionis
 tantum, sed vacuationis & reuulsionis. Ad autori-
 tatem Aetij dicimus à nulla re longiùs abfuisse ho-
 minem, quam vt hoc opinaretur: nam lib. 3. cap. 12.
 expresse opinionem Galeni tenet in sanguine mit- **C**
 tendo, & exemplo morbi lateralis vtitur, vnde nos
 supra Grecorum opinionem illū insequi diximus,
 dum quibus cōmendata fuisset hæc opinio percur-
 reremus. Sed neque sibi Aetius contradicit, nā mo-
 do explicat quid cum Galeno sentiat de reuulsione:
 in lib. autem. 8. Archigenis (vt illi est de more) sen-
 tentiam sine impugnatione aliqua fideliter transf-
 fert. Contemnes igitur verba quibus Fuchsius inue-
 hitur

D hitur in Actium: vel enim alterum eius locum non vidit, vel hunc ex Archigene esse non animaduertit, vel vafre dissimulat vtrumque: ergo nobiscum colliges, Græcorum de venæ sectione in laterali morbo opinionem veram esse, & id maximè venarum diuarcationem ostendere, vt ex ante dicta historia (cuius & Vesalij causa tantam quæstionem excitauimus) est videre.

E ¶ An ex Galeni sententia vena arteriosa oriatur à vena caua iuxta cor, vt illi imponit Vesalius.

CAP. III.

F  Am verè & concinnè historia venæ cauæ ascendentis vsque ad iugulum, narratur à Vesalio, & à nobis præcedenti capite, descripta fuit: vt & si Galenus ipse, dum librum de dissectione venarum conscribebat Vesalij historiam perlegeret, non miraretur, eum à vena caua, ante quàm cor pertingeret, venam arteriosam nõ deduxisse: præter enim quòd Galenus vbicunque sermonem de vena arteriosa instituit, eam non à vena caua sed à dextro cordis ventriculo oriri docet, illius causa dextrum ventriculum fa-

Vena caua vsque ad iugulum optime ab And. dr. descripta.

*Vesalius de or-
tu venæ arteri-
osæ disceptat
cum Galen.*

Etum esse asserit. At Vesalius, cui nihil charius po- **A**
test contingere quàm Galenum quavis ratione im-
pugnare: argumentis aduersus hominem validissi-
mis insurgit, quibus probare nititur, venam arte-
riosam nusquam à vena caua, sed à corde oriri. O
hominis sapientiam, quæ vsque adeò excreuit, vt
venam arteriosam, non à caua, sed à dextro cordis
finu oriri, maximo labore inuenit. Nonne vides ar-
gumentum illud, ex duplici arteriosæ venæ tunica, **B**
quam nusquã à vena caua poterat venari, velut ful-
mè ferire? Proinde Andrea, quis tam erit stupidus,
qui tam amens aut amusus, vt si hoc vel leuiter ex-
pendat, non facilè tuum in Galenũ animũ colligat?
nonne times Galeni manes posse nõ iniuria dicere,
proh tempora, proh mores: non qui diligenter veri-
tatem docet aut cõmentarijs mandat, sed qui calum-
niatur magni apud imperitũ vulgus habet. Quod
si non animaduerteteret Andreas, non equidem sic in **C**
Galenum, tam clare, tam dilucidè, & diffuse ortum
venæ arteriosæ docentem nõ semel, dibacharetur.
Preter enim quòd frequētissimis in locis eius ortũ,
à dextro cordis ventriculo esse animaduertit. 7. de
administrandis sectionibus, cap. 5. id manifesto do-
cet. Sed quid moror. 10. & 11. cap. 6. lib. de vsu par-
non proponere? vbi non solum à dextro ventriculo
cordis

*Ortum venæ
arteriosæ egre-
gie cognouisse
Gal.*

180

M.

cordis

A D cordis ortum huic venæ accomodat, sed in animalibus non respirantibus, asperam arteriam, pulmonem, dextrum cordis sinum, & hanc venam deesse affirmat. Denique nullum aliud membrū reperies de quo exactius Galenus, quàm de arteriosæ venæ substantia, ortu, tunicarum numero, & eius membranarum egerit. At dicis o optime Andrea: lib. interim de dissectione venarum, cap. 2. dormitavit:

B E minimè gentium, nam locus hîc, libri de dissectione venarum & arteriarum, quo docetur vena arteriosam à vena oriri caua: Tum in græcis, tum in latinis codicibus deprauatus est: qui certè ad aliorum librorum Galeni doctrinam, quibus de venæ huius ortu agit, castigandus non autem impugnandus veniebat. Noluit attamen, & si alijs in rebus locum deprauatum fatearis in additiuncula tua in

C eundem librum: nimirum, quia ad huius impugnationem tibi ex. 6. de usu par. argumenta suppetebat: unde non pauca. 15. cap. tertij lib. & .12. & .13. & .16. cap. 6. lib. desumpsisti, interim Galeni esse dissimulans: rarissimè enim illius nisi ad cōiicia reminisceris. Hoc etenim, & si alia non ostenderent, tua attamen yltima hæc æditio, manifestò commōstrat: cum nanque prima tui maximi operis editione, ortum venæ humerariæ non exactè calleres, & auda-

*Galenus rarore
miniscitur. V
salius nisi ad cō
uitia.*

m/f/

Ater ac confidenter nimis, sculptorem ut eam à iugulari extima deduceret moneres: at postea in aliquibus corporibus, non à iugulari sed ab axillari talem venam oriri offenderes, ut fugeres reprehensionem, culpam in Galenum transferre decreuisti, dicens te Galeni autoritate delusum, in prima editione, humerariam venam à iugulari extima deduxisse. Quod mea quidem sententia, tacuisses honestius, ut non facile colligeremus, **C** plurima in tuis alioqui elaboratissimis tabulis, potius ex arbitrio, & commentariorum sententia, quam ex vera, & presentissima corporum refectione depicta esse: Aut non ita cautè ut Galeni censorem decebat, dum ex ipsa humani corporis fabrica transferebantur, esse animaduersa. Vbi enim obsecro magistrarum tabularum laborem commendas, quam in illis quæ ramificationes venæ cauæ ad iugulum, & per ceruicem expriment? ibi etenim non solum una aut altera, sed quatuor venarum iugularium incessum exprimentes tabulæ describuntur, ex variantibus ut affirmas corporibus: omnibus attamen humerariam venam, à iugulari exteriori oriri confidenter affirmas. Ne ergo errorem in quem arbitraberis incidisse fateris, & culpam in Galenum transfers, & tuas pluribus

*Complurima
in tabulis Andree
ex commentariorum
sententia.*

ribus

Dribus in rebus elaboratissimas tabulas, laude sua defraudare non vereris. An putas diligentiores viros negocia non expendere statera aurea subinde trutinantes? Sed age iam lector candide, venam arteriosam ex Galeni sententia, à dextro cordis sinu oriri credito.

¶ Quid sit puellarum hymen.

CAP. V.

E



FAm varia ab authoribus, de vasis & parte aliqua hymenē foeminarum componente, proponuntur, vt nihil non affirmatum, nihil interim certum possis elicere. At nos diligenter dum se obtulit occasio, in corpore foeminæ quam virginem interijs se certo constabat, quid hymenē sit apertissimè depræhendimus. Non enim solum angustia laterum cervicis vteri est, non extremitas coeuitium venarum (centonem dicunt) aut membrana aliqua, sed coriacea quedam caruncula, ad ambitum oris cervicis vteri disposita. Vteri nanq; cervix, extremitate sua qua foeminæ pudēdo cōtinuatur inter coriaceas carūculas duas (nimphas dicūt) quas extrorsum ad latera ad similitudinē alarū vesperilionū appēsas ha-

mit
Hymenis seu

M iij bet,

*Membrane car-
nosae himenem
componētis
forma.*

*Himenis sub-
stantia.*

habet, & inter foramē quo vesicæ vrinæ colū susci- **A**
 pit, intra suā propriā cavitatē circulariter protube-
 rat processum coriaceum manifestū producēs in me-
 dio circulari foramine pertusum: quē admodū enim
 in oculo vicia tunica, introrsum tunicam proceden-
 tem germinat, ad ciliorum similitudinem propaga-
 tam, transuersim oculum diidentem, & forami-
 ne in medio excavatam: ita & vteri ceruix intror-
 sum processum emittit, foramine ad modum lati- **B**
 oris rimulæ in medio pertusum. Resipit huius pro-
 cessus substantia, ceruicem ipsam vteri à qua emer-
 git: nanque neque exacte est carneus, sed neque
 membraneus, at carnosam potius membranam re-
 presentat. Et vt paucis substantiæ modū huius pro-
 cessus exemplo contrahā, refert processulum illum
 penis: qui a parte interiori, partis infernæ prepu-
 tij emergens, in glandis parte inferiori cessat vsque
 ad foramen semini & vrinæ cōmunem. Rursum vt **C**
 in hominibus hic processus (frenulum dicunt)
 primis venereis congressibus rumpitur & dilacera-
 tur: ita in foeminis primi cōgressus tempore, aut for-
 te quavis violenta aliqua occasione coriacea mem-
 brana rumpitur. Huius igitur transuersi processus
 foramen, & si angustum, non attamen vrinæ &
 menstruis purgationibus est impedimento quo mi-

nus

D nus possint de fluere. Atque hæc deforma substantia & situ hymenis, : & si interim nobis memoria non exciderit Andream Vesalium vltima sua editione lib. 5. capit. de vtero, fœminę hymenem describens, male illum situari dicat, in vteri ceruice supra colli vesicæ, in vteri collum implantationem.

*Vesalium male
le hymenē sit
tuare.*

E ¶ An ex Galeni sententia sinus duræ meningis arterias simul cum venis suscipiant, & an arteriarū ritu pulsent : & deniq; an ad sinus efficiendos duplicetur membrana.

CAP. VII.

F **I**N dura cerebri mēbrana cavitates quasdam aut sinus ad modum fistularum excavatos natura construxit, sanguinem nutritivē & spiritualem modo se iunctos, subinde cōfusus adinuicē cohibituros. Non equidem sinus hi venæ aut arteriæ sunt, at talium vasorum munere egregiè funguntur : vnde nō audiendus est Arist. 3. de part. anim. cap. 4. affirmans sanguinem non nisi in corde aut venis (per venas, venas & arterias intelligit) contineri. Porro & si si-

nus

Mugili & hiatule dum prædam insequun-
tur ventrem præcidere. 161. C
Musculus varijs fibris varijs odit mo-
tus. 67. E
Musculus dæm operatur ad originem
tenditur. 76. A
Musculus mouetur versus illam partem
qua neruorum ope vis animalis ei
impartitur. 79. B
Musculum non autem membranam mo-
tum voluntarium exercere. 81. D
Musculorum intercostalium numerus
& situs. 87. E
De Musculus intercostalibus aliorum
anatomicorum sententia. 88. A
Musculi intercostales interni externos
ad .x. litera similitudinem sese inter-
secant. 88. C
Musculorum intercostalium nume-
rus. 89. E
Musculorum inter costalium historia, &
vsus impugnatur. 90. A
Musculi principium vnde accipiendum.
90. B
Musculi intercostales vnde neruos
mutuentur. 91. B
Musculorum intercostalium vera his-
toria. 92. B
Musculorum inter costalium vsus impu-
gnatur. 99. B
De musculis rectis abdominis sententia
Galeni & Vesalii. 97. F
De musculis rectis abdominis non rectè
sensisse anatomicos. 97. F
Musculorum rectorum abdominis præci-
pui vsus. 99. D
Musculorum flectentium cubitum pri-
mus. 103. E
Musculorum extendentium cubitum pri-
mus. 104. A
Musculi primi flectentiam munere cu-
bitum oblique posse agi. 104. C

Musculi aliquot varijs ossium articula-
tionibus præficiuntur. 105. D
Musculorum primus agentium tibiam
117. F
Musculorum mouētū tibiā secundus. 116. A
Musculorum tibiæ tertius. 118. B
De musculo in poplite occultato Galeni
placitum & Vesalii impugnatio. 120. B
Musculi in poplite occultati historia.
121. D
Musculi obliqui non semper motus
obliquos exercent. 121. B
Musculi instrumenta sunt motus volun-
tary. 37. E
Musculis aliquibus nullus inseritur ex
Vesalii sententia neruus. 38. A
Musculi qui sint neruos nō habentes 38. A
Musculo subiecto lato suo tendens
cuti volæ manus neruus inseritur. 45. F
Musculi caput non à iuxta positus neruis
vim sentiendi mutuatur. 50. B
Musculus à neruis vis impartitur motrix.
64. A
Musculus quadratus neruum hēt. 45. D

N

Natura quibus accipiatur modis Hipocra-
ti & Galeno. 41. E
Natura Deus, seu diuina ratio. 41. E
Natura corporis formā denotat. 41. F
Natura prima ætas, & prima in vtero
conformatio. 42. A
Natura innatam calidum subinde signi-
ficat. 42. A
Natura temperiē quatuor qualitatum
primarum proprie significat. 42. C
Neruum quinti paris ad amplā auditus
cavitatem non peruenire. 21. D
Neruus inseritur musculo in vola ma-
nus lateacente. 46. B
Neruea cartilago quibus præter hominē
animalibus in corde reperitur. 28. C

O

Oculorum situs. 273. F
 Omnes corporis partes sanguines sejun-
 ctos suscipere. 196. B
 Ossa sentirent si vis animalis sensifica
 transfueret. 52. B
 Ossium digitorum supercilia, ut quid sic
 habeant. 34. A
 Ossium digitorum manus extorsam quā
 introsum an insignius ptuberēt. 3. A
 Ossa cordis vsus Galeni. 29. E
 Ossa cordis vsus noster. 29. E
 Ossa cordis differentia. 28. B
 Ossa cordis situs. 28. A
 Ossiculorum instrumenti auditus mu-
 nus 19. D
 Ossicula referētis malleolū historia. 18. B
 Ossicula referētis incudē historia. 17. C
 Ossiscanei formis foramina recēsentur.
 10. A
 Ossium capita appendicibus adaucta nu-
 merantur plurima. 6. A
 Ossium capita appendicum nomine an
 possiunt compelli. 5. D

P

Palpebrā mouentes muscoli tres. 59. E
 Peritonei substantia. 219. D
 Peritoneum vnde dictum. 219. E
 Peritonei situs. 219. E
 Peritonei figura. 219. F
 Peritonei processus. 220. A
 Peritoneum non omnibus partibus pari-
 ter crassum. 220. A
 Peritonei vasa, 220. B
 Peritonei quatuor vsus 221. D
 In Peritonei vsu secundo impugnatur
 Vesalius & notatur Galenus 221. F
 Peritonei superficies qualis. 223. D
 Peritonei foramina. 223. E
 Plantis sua caro: 130. B
 Pollicis internodium vltimum parum
 aut nihil supercilio extorsum promi-

net. 33. D
 Primi seu dextri sinus dura meningis
 historia. 187. D
 Primus Vesalij lapsus in instrumento
 auditus. 19. B
 Processus ossis in capite quo canes abun-
 dant à Galeno non describitur aut de-
 signatur. 14. B

Q

Quarta Galeni ratio. 147. C
 Quatuor de venae sectione in inflamma-
 tione lateris opinio. 151. E
 Quae ad optimam reuulsionem requirā-
 tur. 154. A
 Quae hucusque acta in sinuum historia.
 quae deinceps agenda. 189. B
 Quid pro satisfactione opinionis barba-
 rorum adnotandum. 175. D

R

Ratio Aristotelis de venarum ortu di-
 luitur. 143. E
 Reuulsio per partem coniunctam potest
 fieri. 153. D
 Respirationis naturalis Ves. placitū. 73. D
 Respirationis opinio Vesalij, ex aliorum
 sententia impugnatur. 73. E
 Respondetur opinioni Vesalij. 166. C
 Respondetur autoritatibus barbarorum.
 176. C

S

Sanguificationis primarium instru-
 mentum. 255. E
 Sanguinis mittendi ordo ex Gal. 175. F
 Septi ad superiora motus. 76. A
 Secundum carnis genus, 130. C
 Secunda ratio Galeni. 145. E
 Sensum & motum mēbris impartiri iux-
 ta Vesalij sententiā impugnatur. 51.
 Septi transuersitas. 81. F
 Sinus dura meninginis quatuor. 186. A
 Sinuum & vasorum eos ingredientium
 historia. 186. B

Sinus dura mēbrana propter quid utrūq;
 sanguinem confusum obtinet. 196. A
 Solutio Vesalij in argumentū de ostiis
 cordis non satisfacit. 148. B
 Supercilia omnium ossium digitorum ex-
 trorsum quā introrsum magis ex-
 porrigi. 33. D
 Suspectum esse affirmare nervos recurrē-
 tes arterias ad suos motus obeundos in-
 niti. 296. B
 Spongiosum a cribroso differt. 12.
 T
 Tabula Vesalij in fabrica auditus non
 omni ex parte vera. 216. C
 Tendinis natura secundum Gal. 38. C
 Tendo quot habeat consideranda. 39. D
 Tendo multis modis superat nervum
 mole. 40. A
 Tendo ligamento magis fibrosus. 49. E
 Tendo ut quid non ita ut nervus est si-
 brosus. ibidem. F
 Tendinis ex sensu compositio defenditur
 contra Vesalium. 50. A
 Tendinem mediam inter ligamentum &
 nervum naturam non habere con-
 tendit Vesali. 37. F
 Tertium carnis genus. 131. E
 Terty sinus incessus. 188. A
 Torcular quid sit. 187. F
 Tunicam ad cilliorū similitudinē proce-
 dentē non in medio oriri vna. 287. E
 Tuberculum humeri extimum interiori
 grandius ex Vesalio. 30. B
 Thorax dilatatur non quia extrema cos-
 tarū retrahuntur, sed quia sursum mē-
 dose costae releuantur. 78. B
 De Tibi. motibus Galeni sentētia. 113. D
 Tibiæ obliquus motus impugnatur à
 Vesal. 113. F
 Tibiæ obliquus motus non in genu articu-
 lo ex Galeni sententia celebrari. 114. B
 Tibiam introrsum versus inguina à pri-

mo suorū musculorum posse agi. 116. C
 Tibiam ad internum latus versus alterū
 crus secundum suorū musculorum
 exacte posse moveri. 118. A
 7 ibiā tertio suo musculo circūverti. 119. D
 Tibiam quartus & sextus musculus obli-
 que agunt. 119. E
 Tunicam ad cilliorum modum procedeno-
 tem non in duas partes pares oculum
 diuidere. 288. B
 V
 Venas oriri à corde cōtendit Arist. 143. D
 Vena caua apparet iuxta cor latior quā
 re vera sit. 144. C
 Vena caua ut quid iuxta cor latior appa-
 reat. 145. D
 Venarum ductus in iecore gallinae. 145. E
 Venae cauae ortus ex gallinarum iecore
 elicitur. 145. F
 Venarum thoracis historia. 161. E
 Vena in coniugata. 161. F
 Vena caua vsque ad iugulum optime ab
 Andrea descripta. 179. E
 Vesalius de ortu venae arteriosae disce-
 ptat cum Galeno. 180. A
 Vesaly in fabrica nervi lapsus. 198. C
 Vesalij opinionem de odoratus instrumē-
 to non ex omni parte vcram. 205. E
 Vesalij in fabrica oculi varij
 lapsus. 287. E. F.
 Venae cauae radices foraminibus quae
 exitus vasorū non sint destitui. 296. A
 Ventriculi situs. 224. B
 Ventriculi figura. 225. D
 Ventriculi substantia & tunica. 225. F
 Ventriculi venae. 231. E
 Ad ventriculum nullam viam à vesica
 flauae bilis vidimus. 233. E
 Ad ventriculum eruclatur melancholicus
 succus à liene. 233. E.
 Ventriculus iouus habet sensu indigen-
 tia. ibidem.

- Vesalius in constructione lingue demer-
 dit bene meritis.* 65. E
*Vesalij opinio de respiratione impugna-
 tur.* 75. D
*Vesalij opinionem de respiratione natu-
 rali, Galeni esse.* 75. E
*Vesalij sententia de musculis interco-
 stalibus.* 89. E
Vesalius parum sui memor. 124. B
Vene quid. 126. B
Vene compositio. 127. D
*Venas viles constare precipuis quibus
 anatomicis recipitur.* 128. B
Venas carnem habere Vesalius negat,
 128. C
Villi aut fibrae. 127. D
Villirecti. ibidem.
Villi transversi. ibidem. B
Villi obliqui. ibidem.
*Villi quemadmodum facultates quorum in-
 strumēta sunt coordinantur.* ibidē. B
Villorum omnium actio. ibidem. F
*Villi non omnis motus naturalium instru-
 menta.* ibidem. B
Virum quendam lactasse puerum. 247. D
*Vitreum humorem maximam oculi par-
 tem occupare.* 285. F
Vitrei humoris consistentia. 275. A
Vitri humoris quantitas. 276. C
*Vngues ex osse & cute & nervo non con-
 stantur.* 36. B
Vngues sentiunt. 56. A
*Vnguibus & denticibus in rebus est simi-
 litudo.* ibidem. B
Vngues non crescunt mortuo animali. 57. D
*Ut quid non nisi respirantes olfacimus
 vide odoratus instrumenti.*
Vuae colores. 280. G
Vuae colores varij. 280. G

Laus Christo Optimo Maximo.

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

MARCVS ROMAERVS

Lectori. S.

PER LEGI Alphonsi Roderici à Gueuara, in hac Academia Conimbricéfi rei medicæ professoris eximij, lucubrationes eruditissimas, quibus Galenum pluribus in locis defendit: id oneris enim mihi Illustrissimus ac admodum Reuerendus in Christo pater ac Dominus Iohannes Soarez, Conimbricensium Præsul dignissimus, iniunxerat. Cuius prudentiæ singulari, diligentia in pascendis quibus admiranda, reliquisque animi dotibus, nihil est quod non debeamus, qui eius curæ sumus commissi. Cumque sit verbi diuini concionator egregius, & Hæresen expugnator acerrimus, potissimum curat ut nulla erroris detur occasio, nullusque excudatur liber qui non summa diligentia inspiciatur. En igitur tibi, cædide lector, defensionis Galeni tres libri dantur, non minori ingenio quam iudicio elaborati, in quibus nihil orthodoxæ fidei, aut sanctorum patrum decretis aduersum inueni, denique nihil quod piorum animos offendat. Quantum utilitatis allaturi sint (nec dubito quin plurimum studiosis conferant) tu experiendo disces.

Vale.



